Az. B. 14, m. 8 [3]

14/02-004

KREUTZER 15 (7)

Nos Rector et antiquissima ac celeberrima Caesarea Regia Universitas Patavina

Lecturis Salutem.

Laudabile semper Majorum nostrorum fuit institutum ut qui omne suum studium in sapientia atque in liberalibus artibus cognoscendis collocassent antequam doctrinas, quibus eruditi fuerunt, ad vitae communis usum et ad praxim conferant aptum subeant examen, et quo jure Nobilissimum eruditionis suae testimonium acquirant, innotescat. Cum itaque Doctissimus Vir Robertus de Visiani Dalmata Sebenicensis quinque annorum curriculo diligentem et assiduam operam Medicinae navarit, atque a Nobis petierit, ut ipsum titulo Academico doctrinae suae respondente exornaremus Ei Nos assentiri non dubitavimus. Quidquid vero ipse ex universa scientia Medica profecerit ad disciplinae praecepta instituto examine perpendimus; deinde in generali Nosocomio trium aegrorum morbos inopinato determinare debuit, medelam, diaetam praescribere, prognosim indicare; historiae tandem morborum ab Eo exaratae judicio atque criterio Nostro subjectae fuerunt. In quibus omnibus periculis cum singularem Ipse eruditionem, atque indubiam medicae artis peritiam ostenderit, honorem Ei Celeberrimae hujus Universitatis more, conferendum esse decrevimus qui perpetuae virtutis est praemium, studiorum decus, et ornamentum. Quapropter potestate Nobis ab Augustissimo Imperatore ac Rege nostro Francisco I. concessa eundem Dominum Robertum Visiani Anno MDCCCXXII. VIII Kal. sept. Doctorem Medicinae pronunciavimus ac declaravimus, dedimusque Ei facultatem Artem Medicam exercendi, atque una simul privilegiis omnibus atque praerogativis Illum frui posse voluimus, quae amplissimae huic dignitati Majorum munificentia concessa fuerunt.

In quorum omnium fidem publicum, hoc Diploma, majori Universitatis sigillo munitum, et nostra manu subscriptum Ei dari curavimus.

Patavii VIII Kal. Sep. MDCCCXXII

L. S. G. B. Zandonella Rector Magnificus

Joseph Andr. Bonato Promotor

Malacarne Decanus

Jo. Andr. Dr. Galvani Cancellarius

vertatur.

Per copia conforme all'originale esistente sopra bollo compe=
tente a mani del Dr. Roberto de Tiziani.

Dall' I. R. Pretura di
Dernis 4. 7bre 1835.

G. de Ghetaldi Cancelliere

La Ces. R. eg. Pretura di Dernis certifica vera
la soprascritta firma del Sig. Gio: de Ghetaldi Ces. Reg. Cancel=
liere Pretoriale.

Dernis, 31. Ottobre 1835

B[illegible]

Vista per legalizzazione la firma del C. R.
Amministratore Pretoriale Signor Baratti.

Dall' I. R. Capitanato Circolare
Zara 7. Novembre 1835.

[illegible]

C·R·CAPITAN:CIRCUL:JADRENSIS

B.

861